



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

* MCCL.

C
-
D
C
-
F
-
E
-
S
e
is
a
ia
)
m

ui XXII.

et * MCCL.

lo Christianus
no deponitur,
li- & sufficitur
si- Eberhard.
m

quidem Erhar-
cus ab eo cusue
fra ad Annum
is, Eberhardi



Thu
Ho
tus
ret
tulit
o tri
ifco
tem
enim
gere,
nuit.
Re
, in
, ad
Pon-
n ad
uffici
vita-
dien-
atim
ures
ump-
iam,
t, re-
offi-
post
o ad
naci
icat.
acu-
am,
turg
Vir-

56

ce
ri
ch
ac
Ca
E
na
pa
pe
fe
qu
In
ge
pr
ha
tif
ch
ma
tis
tia
mi
fac
ta
(a
co
as
me
po
de
Hi

*Miraculum
S. Fontis Er-
fordie.*

(a) edita Hi
in coetane
ginis.



P. 57.

nar
era
qu
au
du
da
mi
on
lev
jus
ctu
an
rio
fac
Be
fac
fac
Ab

pe
(c)
Sy
flu
ge

(a)
(b)
(c)

nam ubi S. hostiæ jacuissent, examinaturus.
 erat decimus tertius dies Januarii, * & a * M C C L.
 quæ omnes frigore congelatæ erant, hic
 autem fons Creatoris sui reverentiâ liqui-
 dus incorruptas hostias per limpidam un-
 dam ostendebat. Nunciatur Christiano
 miraculum, ille convocato populo, &
 omni Clero stipatus sanctissimas hostias e-
 levat. Testis hujus rei tota Urbs, in cu-
 jus memoriam templum ad fontem ere-
 ctum, atque solennis festivitas in omnes
 annos indicta est. par signum de † myste-
 rio (a) Eucharistiæ sub Conrado superioris
 sæculi anno nonagesimo primo in villa
 Bechstet Numen dedit, sed hæc Historia
 sacra p. sequitur. Idem Christianus (b)
 factâ ad S. petrum visitatione Henricum
 Abbatem suscepto alio, munere exiit

*Miraculum
 S. sanguinis.*

* Deposito Christiano † eligitur, qui XXII.
 per ætatem difficultatibus par esse posset * M C C L.
 (c) Juvenis Eberhardus, patre Conrado Christianus
 Sylvestri Comite natus, Regi Wilhelmo deponitur,
 studiosissimus, is ut prædecessoris negli- & sufficitur
 gentiam vigilantiam suâ notaret, vicefi- Eberhard.
 mam

(a) Serarius in hoc Conrado.

(b) MS. chron. petrense hoc anno.

(c) Serarius in vita hujus ArchiEpiscopi, ubi quidem Erhar-
 dum vocat, sed antiquissimus nummus argenteus ab eo cusus
 (quem habeo) in disjecta mœnium parte ut infra ad Annum
 MDCXXXV. dicemus, inter alios inventus, Eberhardi
 nomen refert. Ejus imaginem addo.

*Hic Erms-
wicenſi bel-
lum infert.*

mam (a) redituum partem à Clero extor-
quet, ac collecto exercitu Bellum † Al-
berto Brunſuiceniſi denunciatur. Hic filiam
ſuam infanti de Brabantia deſponſaverat,
ac ideò pro eo bellum gessit. Vocati ad
ſequelam Erfurtenſes prompti aderant.
Ut autem Moguntinus in terram hoſtis in-
commoda belli derivaret, adigeretque
ad tutanda ſua, qui aliena invaſerat, du-
xit per Eichſfeldiam exercitum, & conci-
tato ſimul in Albertum Diderico comite
de Everſtein, agrum Göttingenſem in-
vaſit. Reliquerat Dux tutandæ iſti terræ
præſidium cum Præfecto Wilichio à Kerſt-
lingerodâ, (b) qui juſto exercitui impar-
ad aſtum recurrit. (c) Collectâ equitum
alâ, ruſticos levibus armis onerat, vi-
ctorem exercitum à longè & non niſi per
devia montium & ſylvarum ſequitur, vi-
ctoriam ab occasione ſperans. Nocte qua-
dam ad villam monaſterii Walckenride,
dictam Baſteten perveniunt Moguntinus,
& comes, exercitus in campo relinqui-
tur, & quoniam pares vires non habebat
vicinia, tutus ille ſine ordine, aut vigiliis
palatur. Statim res ad Præfectum delata
eſt, hic velocibus, & alâ equitum aſſump-
tis quanto poteſt ſilentio ad prædium ap-
propinquat: † paucis qui experrecti re-
ſtiterant, interfectis, eſſringuntur fores:
ipſeque

*A Copiis
Brunſvicen-
ſibus capitur*

(a) Dictum chronicon.

(b) MS. Petrenſe.

(c) Cranzius 8. Saxonix c. 21. & 22.

ipseque Eberhardus , & Comes capitur ,
 simul spes Moguntinæ , quæ in immensum
 creverant , concidunt. † Erfurtenſes
 (a) pro Domini libertate ſoliciti publicas
 preces Numini decernunt. Tota Civitas
 mœſto ordine montem D. Petri aſcendit ,
 ſacrificium miſſæ de S. Petro ad vincula
 cantatur. Nec ſine effectu devotio , quip-
 pe poſt unius anni Captivitatem Richar-
 dus † Cornubiæ in Angliâ Princeps , ele-
 ctus à nonnullis Romanorum Rex , cap-
 tivum ingenti pecuniâ redemit , ut per
 hunc Electorem Romani Imperii ſceptra
 conſequeretur. Multum poſteâ Erfurti
 moratus , quod eximiis privilegiis orna-
 vit , nonnulla eidem vendidit. (b) Quip-
 pe † cum antea domus Vicedomini curia
 eſſet , ac per officiales Moguntinos , ſcili-
 cet Vicedominum , prætores Urbanum ,
 & Suburbanum , advocatum , quæſtorem ,
 fori , & rei monetariæ Magiſtrum omnia
 ſtarent (niſi quod pro lubitu cives pruden-
 tiâ commendatos interdum in conſilium
 adhiberent) ipſe civile regimen , & Sena-
 tum duodecim virorum , quibus duos Ma-
 giſtros præfecerat , inſtituit , novo huic
 Senatui Civitatis cuſtodiam , politiam , &
 executionis miniſterium demandavit , ip-
 ſum adeò Sigillum Urbis credidit , addito
 fidelitatis vinculo , ut juris jurandi religio-
 ne

*Erfurtenſiū
 pro eo ſup-
 plicationes.*

*Richardus
 eū redimit.*

*Erfordia
 Senatum ex
 civibus or-
 dinat.*

(a) MS. Petrenſe.

(b) Extant de ſuper documenta , & MS. Chronicon
 Petrenſe.

ne de non perperam utendo caverent. Suis autem officialibus superioritatem, regalia, jurisdictionem, & illa reliquit, quae propria Principis civici Magistratus capacitatem transcendunt. Clero fuit molestior, (a) cui vigesimam partem reddituum interceptit. * Tandem † Erfordiae obiit

* MCCLX.
Obit Erfordiae.

(b) Eberhardus, ibique apud Franciscanos (de quorum familiâ fuisse creditur) sepultus jacet. Cessit igitur Moguntiae de hac praedanihil, sed Henrici eâ lege pacem inierunt, † ut Thuringia Margravio de Misniâ, Hassia Duci de Brabantia, salvis tamen Moguntiae juribus & territoriis, quae ante hoc bellum in utraque possedit, cederet.

Æmuli
qui de Thuringia
conscenderant
pacem incunt.

XXIII.

Imperium
sine Caesare
et quae hinc
damna?

Imperium † interim sine Caesare fuit, cumque non esset, qui timeretur, caedes, violentiae, deprædationes, deposito sceleris nomine, fortitudinis gloriam assumpserant. Nobiles ex arcibus hinc inde prædas in omnem viciniam egerunt, & quoniam frequenti mercatui jam tum incubuit Erfordia, graviter hoc malo pressa, interceptis passim mercibus, & ipsis adeo civibus, non sine divite litro dimittendis † commota ob hæc Civitas idoneos ad arma deligit, varias arces, quibus pro receptaculis latrones utebantur, oppugnavit, cessit hoc tam feliciter, ut, cum hanc Germaniae partem à latronibus purgasset,

Erfordia
encomium,
Civitas patris meretur.

encomium

(a) MS. chron. Petrense.

(b) Trithemius.